



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab Anno 1752. usque ad
Annum 1757 - Cum Appendice ad Annos 1744. 1745. 1748

Luxemburgi, 1758

II. Sanctissimi Domini Nostri Benedicti PP. XIV. Epistola ad Capitulum, &
Canonicos Metropolitanæ Ecclesiæ Bononiensis data, occasione, qua S.
Proci Martyris Corpus repertum in Sancti Thrasonis ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74789](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74789)

bus per viam ordinariam de non Cultu, sive per viam extraordinariam de casu excepto, & sive res sit de Miraculis pro obtinenda Beatificatione, sive de aliis, quae proponuntur pro Canonizatione obtinenda. Et Secretario Congregationis Sacrorum Rituum mandamus, ut praesens Nostrum Decretum inter acta

Congregationis referat, & typis edi curet, ut ad omnium notitiam deveniat.

Datum hac die 17. Julii 1744.

D. F. Card. Tamburinus Praef.

Loco + Sigilli.

M. Marefiscus S. R. C. Secr.

Data 17. Julii 1744.

II.

Sanctissimi Domini Nostri Benedicti PP. XIV. Epistola ad Capitulum, & Canonicos Metropolitanæ Ecclesiae Bononiensis data, occasione, qua S. Proci Martyris Corpus repertum in S. Thrafonis Coemeterio, in eadem Ecclesia collocandum, transmittitur.

Lettera della Santità di Nostro Signore Benedetto PP. XIV. scritta al Capitolo, e Canonici della Metropolitana di Bologna, in occasione che mandava loro il Corpo di S. Proco Martire, ritrovato nel Cimiterio di S. Trafone, per farlo collocare nella medesima Metropolitana.

II.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecti Filii, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecti Filii, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Proemium.

JAM dudum Nobis erat in animo, unum ali- quod Sancti Corpus cum suo nomine proprio inventum mittere ad istam Nostram Metropolita- nam Ecclesiam, inter caetera dona, quae ei largiri solemus quotannis, occasione Solemnitatis S. Petri Apostolorum Principis, in cujus honorem eadem Ecclesia dedicata est.

E' Qualche tempo, che ci venne in pensiero di mandare a cotesta Nostra Chiesa Metropolita- na, fra gli altri regali, che siamo soliti di mandare ogni anno per la Festa del glorioso S. Pietro Prin- cipe degli Apostoli, in onore del quale la detta Chiesa è dedicata, un Corpo Santo intero, ritro- vato col proprio nome.

Proemio.

Quelibet pars Corporis cujuscumque Sancti veneratione prosequenda.

§. 1. Non ignoramus, veneratione coli debe- re non solum cujuscumque Sancti Corpus inte- grum, sed quamlibet etiam partem a reliquo ejus corpore divisam: Haec est enim Sanctorum Mar- tyrum gloria, quorum est per universum Mun- dum seminetur in cineribus portio, manet tamen integra in virtutibus plenitudo: ita loquitur Sanctus Maximus Serm. 55. inter Sermones, qui olim Sancto Ambrosio adjudicabantur, ut videre est in Operibus hujus Sancti Patris tom. 2. editionis Pa- risiensis anni 1690. pag. 466. Cum Sancto Maxi- mo cohaeret Sanctus Gregorius Nazianzenus, qui in suo Carmine de Virtute juxta interpretationem Petavii lib. 14. de Incarnatione cap. 11. §. 3. ait:

§. 1. Sappiamo doverci venerare non solo il Corpo intero di qualunque Santo, ma ancora ogni parte d'esso staccata dal rimanente: Haec est enim Sanctorum Martyrum gloria, quorum est per uni- versum Mundum seminetur in cineribus portio, ma- net tamen integra in virtutibus plenitudo: sono pa- role di S. Massimo nel Sermone cinquantesimo quinto fra quelli fin ora attribuiti a S. Ambrogio, come può vedersi nel tom. 2. delle Opere di questo Santo Padre della stampa di Parigi dell'anno 1690. alla pag. 466., col quale concorda S. Gregorio Nazianzeno nel suo Componimento poetico de Vir- tute, secondo l'interpretazione del Petavio al lib. 14. de Incarnatione cap. 11. §. 3.

Qualunque porzione del Corpo d'un qualche Santo è degna di veneratione.

Tanta porro est veritatis veneratio,
Ut vel exiguus pulvis, aut aliquod reliquiarum
Ossium veterum, vel capillorum particula,
Aut panniculi, aut aspersi cruoris
Nota quaequam, ad totius honorem aliquando
sufficiant,
Et appellatione sanctae sunt reliquiae:
Cum certis locis attributa fuerint illa pro toto
Martyre:
Eadem quippe vi praedita. O Miraculum!
Salutem enim affert etiam sola recordatio.

Tanta porro est veritatis veneratio,
Ut vel exiguus pulvis, aut aliquod reliquiarum
Ossium veterum, vel capillorum particula,
Aut panniculi, aut aspersi cruoris
Nota quaequam, ad totius honorem aliquando
sufficiant,
Et appellatione sanctae sunt reliquiae:
Cum certis locis attributa fuerint illa pro toto
Martyre:
Eadem quippe vi praedita. O Miraculum!
Salutem enim affert etiam sola recordatio.

Etiamsi ejusdem Sancti nomen igno- retur.

§. 2. Nobis constat praeterea, quod quotiescun- que habentur in ticia certa, corpus aliquod, aut partem ipsius, esse corpus, aut partem corporis alicujus Sancti, licet hujus nomen lateat; corpori tamen, aut parti illi religiosus cultus debetur, qui caeteris Sanctorum Reliquiis praestari solet, ut late ostendimus in Nostris Operibus de Canonizatione lib. 4. part. 2. cap. 27. editionis praesertim Patavinae, a Nobis, etiam si assiduo gravissimarum occupationum pondere premeremur, plurimum locupletatae; qua editione, pro nunquam intermissa benevolentia vestra erga Nos, laboresque Nostros qualescumque, minime vos carere arbitramur.

§. 2. Sappiamo in oltre, che quando vi sono gli indizj certi, che il Corpo, o parte d'esso, è d'un Santo, ancorchè non sene sappia il nome, deesi al Corpo, o alla parte, il culto religioso proprio delle Reliquie de' Santi; come da Noi fu dimostra- to nella Nostra Opera de Canonizatione al lib. 4. part. 2. cap. 27., e particolarmente dell'ultima stampa fatta in Padova, arricchita da Noi, non ostanti le Nostre incessanti occupazioni, di nuove notizie, e che ci lusinghiamo, che non avrete tra- lasciato di procurarvi, per il affetto, che avete sem- pre dimostrato alla Nostra Persona, ed alle Nostre quali tanti fatiche.

Ancorchè sia ignoto il nome del medesimo Santo.

Major tamen est fidelium devotio erga integrum Corpus alicujus Sancti, si praesertim de ejus proprio nomine constet.

§. 3. Ut ut vera sint quae diximus, nemo tamen inficiabitur, multo praeclearius quid esse Corpus integrum, quam pars insignis ejusdem Corporis; & multo majorem esse Fidelium devotionem erga Corpus alicujus Sancti, de cujus nomine proprio constat, quam alterius, cujus nomen ignoretur. Et propterea juxta veterem Romanæ Ecclesiae consuetudinem, sanctorum corporibus, quorum nomen ignoratur, appellativum nomen imponitur; ut recte ad rem Nostram, dum loquitur de consuetudine imponendi nomen appellativum Corporibus Sanctorum, qui sine nomine inveniuntur,

§. 3. Ma non si può negare, che, non ostante il detto fin ora, non vi sia un non se che di più luminoso in un Corpo intero, che in una parte ancorchè riguardevole del detto Corpo, & che la divozione de' Fedeli non sia più fervorosa verso un Corpo Santo, di cui si fa il nome, che verso un altro Corpo Santo, il di cui nome s'ignora; per la qual cosa, giusta l'antica consuetudine della Chiesa Romana, s'impone ai Corpi Santi. il nome de' quali s'ignora, un nome appellativo; come molto bene al Nostro proposito, parlando dell'uso d'imporre i nomi appellativi

Sempre però è maggiore la divozione de' fedeli verso un intero Corpo, e più ancora se ha il proprio nome.

ani-

ai Cor-

Itaque vetus est Ecclesie Romanae consuetudo imponendi nomē appellativum Sanctorum Corporibus, quae sunt sine nomine.

Diligentiae adhibita, ut Corpus aliquis Sancti juveniretur, Bononiam transfunderetur.

Catacumbarum origo.

Præmittendum examen, num Corpus cum martyrii notis signisque sit conditum.

In Catacumbis Christianorum dumtaxat Corpora sepeliuntur.

animadvertit eruditus Ferrandus in *Disquisit. Reliq. lib. 1. cap. 5. Minime superfluum est, certa nomina incertis Sanctorum Reliquiis attribuire, quod experientia, usque quotidiano videamus, Fideles multo minori affectu, studio, ac pietate affici, & ferri erga Divorum illorum exuvias, quorum nomina mortales latent, quam adversus eas, quae certis nominibus indignantur: potentius enim Nobis nota, & certa, quam obscura, ignota, & incerta, solent movere animos; ideoque major Dei gloria, atque Caelitum cultus, ac venerationis plerumque accessio fit: praeter ea, quae collecta videre licet in Nostro supra citato Opere editionis Patavinae lib. 4. part. 2. c. 28.*

§. 4. Hisce rationibus permoti Corpus aliquis Sancti integrum cum proprio nomine invenire studuimus, illudque mittere ad vos, ut, quemadmodum significavimus, in Nostra Metropolitana Ecclesia collocaretur.

Atque ut id, quod in animo erat consequeremur, necesse fuit Nostras perquisitiones ad ea venerabilia loca convertere, quae tantopere aliam hanc Urbem Romam illustrant: Loca, quae excavata olim, & effossa a Gentilibus, ut extraheretur arena communis, & dicearchea, ad extruenda magnifica illa aedificia, quorum adhuc apparent reliquiae, fuerunt postea decursu temporis a primis Christianis sanctificata, qui illic se ob persecutionum metum recipiebant, suos religiosos conventus ibi facturi, ita ut ibidem sacrae etiam functiones a Summis Pontificibus perficerentur, & Ecclesiastica sepultura defuncti donarentur. De Coemeteriis loquimur, seu Catacumbis, de quibus tam devote Sanctus Hieronymus scribit, praeter alios quamplures Antiquitatis scriptores a Nobis citatos in *cap. 27. Operis Nostri*, quibus in editione Patavina Joannem Bottarium addidimus, Bibliothecae Vaticanae Custodem, & Nobis ab intimo Sacello, qui *Tom. 1. Romae subterraneae* Catacumbarum modo explicatam originem feliciter detexit.

§. 5. Invento autem in Catacumbis Corpore integro cum nomine proprio, necesse fuit ultra procedere. Certum est enim, quod nulla sepeliebantur in Catacumbis nisi Christianorum Corpora; sed quod omnia Christianorum Corpora ibi sepulta, essent Sanctorum Corpora, certum non est. Propterea examinandam veniunt signa, quae in sepulchro erant, ubi condebatur corpus integrum, aut ejus pars, sive cum nomine proprio, sive non. Nostri enim primitivae Ecclesiae Patres collocabant semper in Sanctorum sepulchris signa indicantia sanctitatem; ea vero nunquam collocabant in sepulchris illorum, quos uti Sanctos non habebant.

Basnagio in suis Operibus minime aridet sententia, quod in Catacumbis non sepeliuntur nisi Christianorum Corpora. Sed illum egregie consultavit in suo Opere de *Monogrammate Christi Domini* Capellanus Noster intimus Dominicus Georgius, cujus nomen claret in Republica Litteraria celeberrimum. Idem praestitit supra laudatus Bottarius, Basnagii sequacibus respondens. Nos vero, qui in prima editione Operis Nostri de *Canonizatione* conati sumus clare ostendere, quod soli Christiani in Catacumbis, de quibus loquimur, sepeliuntur; summa animi Nostri voluptate in nupera editione Patavina addidimus ea pariter, quae duo praedicti Scriptores egregii animadverterant, eosque, uti par erat, nominavimus: abhorruimus namque semper, semperque abhorrebimus a prava quorundam consuetudine, qui ut suos faciant alienos

ai Corpi de' Santi ritrovati senza nome, va discorrendo l'erudito Ferrando *Disquisit. Reliq. lib. 1. cap. 5. Minime superfluum est, certa nomina incertis Sanctorum Reliquiis attribuire, quod experientia, usque quotidiano videamus, Fideles multo minori affectu, studio, ac pietate affici, & ferri erga Divorum illorum exuvias, quorum nomina mortales latent, quam adversus eas, quae certis nominibus indignantur: potentius enim Nobis nota, & certa, quam obscura, ignota, & incerta, solent movere animos; ideoque major Dei gloria, atque Caelitum cultus, ac venerationis plerumque accessio fit: con quel di più, che potete vedere raccolto da Noi nella Nostra Opera sopracitata della stampa di Padova al lib. 4. part. 2. cap. 28.*

§. 4. A questi fondamenti si è appoggiata la Nostra idea di ritrovare un Corpo Santo intero col proprio nome, e di mandavelo, come facciamo, per essere collocato nella Nostra Chiesa Metropolitana, secondo ciò, che di sopra si è accennato.

Per conseguire il fine da Noi bramato siamo stati necessitati a rivolgerci a que' venerabili Luoghi, che rendono cotanto illustre questa Nostra Città di Roma: Luoghi, che aperti, e scavati dai Gentili per estrarne arena, e pozzolano, ad effetto di prevalersene nelle loro auguste fabbriche, parte delle quali ancor oggi si vede, furono poi col tratto del tempo santificati dai primi Cristiani, che in essi si ritiravano pel timore delle persecuzioni, e che in essi facevano le loro pie adunanze, celebrandosi anche ne' medesimi le sacre funzioni da' Sommi Pontefici, e dandosi pure ne' medesimi la sepoltura ai defunti. Parliamo de' Cimiterj, o siano Catacombe, delle quali scrive con tanta pietà S. Girolamo, oltre tanti altri Scrittori antichi da Noi portati nel capo xxvii, della Nostra Opera, ai quali nella stampa di Padova abbiamo aggiunto il Sacerdote Giovanni Bottari secondo Custode della Nostra Biblioteca Vaticana, e Nostro Cappellano Segreto, che nel suo primo Tomo di *Roma Sotterranea* ha felicemente scoperta l'origine poc' anzi esposta delle Catacombe.

§. 5. Ritrovato nelle Catacombe il Corpo intero col nome proprio, è stato d'uopo il passar oltre: essendo certo, che nelle Catacombe non si seppellivano, che i Corpi de' Cristiani; ma non essendo certo, che tutti i Corpi de' Cristiani ivi sepolti, fossero Corpi de' Santi: il che porta seco l'impegno d'esaminare i Segni, che erano nel Sepolcro, in cui giaceva o il Corpo, o parte d'esso, o col nome proprio, o senza nome proprio; avendo i Nostri primi Padri posto nei Sepolcri de' Santi i Segni indicativi della Santità, e non avendoli posti ne' Sepolcri di quelli, che essi non avevano per Santi.

Il Basnagio si è nelle sue Opere dimostrato non soddisfatto dell'assunto, che nelle Catacombe non si seppellissero, che i Corpi de' Cristiani. Ma il Sacerdote Domenico Giorgi Nostro Cappellano Segreto, il di cui nome è assai celebre nella Repubblica Letteraria, gli ha molto bene risposto nella sua Opera de *Monogrammate Christi Domini*. Lo stesso ha fatto il sopraccitato Bottari rispondendo ai seguaci del Basnagio. E Noi, che nella prima stampa della Nostra Opera de *Canonizatione* ci eravamo ingegnati di porre in chiaro, che i soli Cristiani si seppellivano in queste Nostre Catacombe, abbiamo avuto un sommo piacere nella nuova stampa di Padova d'aggiugnervi le riflessioni dei due predetti Valentuomini, nominandoli, come era del dovere: non essendoci mai piaciuta, nè essendoci mai per piacere la pratica di taluni,

1745.

E perciò ufa la Chiesa Romana d'imporre il nome ai Corpi Santi.

Diligente praticate per rinvenire un Corpo Santo per mandarlo a Bologna nella Chiesa Metropolitana.

Origine delle Catacombe.

Necessario esame, se il Corpo Santo abbia i segni del martirio.

Nelle Catacombe i soli Corpi de' Cristiani si seppellivano.

1745.

1745.

Prætextati
Coemeterii
primo visi-
tatum.

labores, indigno plagio tegunt Auctorem verum, cujus nomen postea nihilo tamen fecius innotescit.

§. 6. Hoc systemate præstabilito, prima Catacumba, seu Coemeterium, quod visitari iustum, fuit Prætextati Coemeterium, in Martyrologiis adeo celebre, situm in via Appia, & vix unum milliare ab Urbe Roma distans. De ipso loquitur Marcus Antonius Boldertus Canonicus Sanctæ Mariæ trans Tyberim, in suo laudabili Opere, cujus titulus: *Osservazioni sopra i Cimiterj de' Santi Martiri, ed antichi Cristiani di Roma, lib. 2. cap. 18.* quod Opus Auctor eruditus composuit post continuatum triginta annorum studium, post iteratas locorum perquisitiones, & animadversiones varias, post multos mentis & corporis susceptos labores, ac feliciter axantatos, ut materiam præpararet, simulque ut suo muneri quoad Coemeteria satisfaceret.

In eo detectum
Corpus cum proprio
nomine Ilari.

§. 7. In hoc eodem Prætextati Coemeterio detectum fuit anno elapso Corpus integrum cum nomine proprio *Ilari*: quod nomen Christiani valde erat commune, ut colligitur ex antiquis inscriptionibus apud Arringhiam, Fabretum, & Reinesium; neque erat incognitum Ecclesiasticis Martyrologiis, ut videre est in Martyrologio Florentini die prima Februarii, atque in alio item Martyrologio apud Bollandum tom. 1. Februarii pag. 294. Sepulchro insculptum apparebat Monogramma Christi cum littera A ab uno latere, ab altero littera Ω. Inscriptio vero hujusmodi erat: *Hic requiescit in pace sede constitutus Ilarus qui vixit annus PL. MS. XXV.* Errores, qui huc irreperunt, neminem debent in admirationem adducere, nisi quem ipsæ latent notiones primæ in hac materia. Siquidem extra omnem controversiam certum est, quod verba recte præparata, ut incidenter in lapidibus, corrumpebantur ab imperitis sculptoribus in ipso incidendi actu, at non tamen ita corrumpebantur, ut verus sensus omnino perderetur.

Una cum
inscriptions.

Varia Signa, ex quibus eruitur Corpora, que in Catacumbis condebantur, Christianorum tantum fuisse.

§. 8. In Nostro Opere de Canonizatione cap. 27. sæpius citato num. 14. editionis Patavina, dum loqueremur de signis, unde Sancti Corpus a Corpore alterius Christiani distinguitur, non dubitavimus ita asserere; *Primum itaque Signum est, si aliquod forte Corpus reperitur cum Inscriptione, dummodo Inscriptio ipsa nullis ambagibus subjecta sit, sed in ea expressa sint, que verum pro Christo Martyrium præferant, & ideo indubitam Sanctitatem.* Ibidem num. 18. diximus etiam, quod ex Monogrammate *Pro Christo* sepulchris insculptis, unum hoc inferri potest, Corpus scilicet ibi repositum, fuisse Corpus alicujus Christiani: quod insuper in editione Patavina comprobavimus, adducentes auctoritatem prælaudati Georgii, & Ludovici Antonii Muratorii viri in Republica Litteraria adeo insignis. Litteræ autem A, & Ω que significant Christum esse principium rerum omnium & finem, ejusque divinitatem expriment; queque olim inscribebantur Christianorum Monumentis etiam ante Arii, & Constantini ætatem, ut luculenter ostendunt Lupus in *Dissertatione de Sancta Severa* pag. 142. & Georgius citatus de *Monogrammate Christi Domini* cap. 2. indicant similiter, quod Corpus illud erat Corpus Christiani alicujus. Eodem collimant verba *requiescit in pace*, que nunquam adhibita fuerunt a Paganis, sed a Christianis tantummodo, quod ipsum demonstrat Mabillonius de *Cultu Sanctorum ignotorum* pag. 557. Jam vero, omittis siglis PL. MS. significantibus plus minus ad indicandam defuncti ætatem: que sigle in tot Inscriptionibus inveniuntur apud Arringhiam, & Fabretum, queque in usu esse cœperunt quarto sæculo, si fides habenda est Sponio in *Antiquitatum investigationibus* pag. 350., tota difficultas

che fanno proprie le fatiche altrui, sopprimendo con un plagio, che poi col tratto del tempo si scuopre, il vero Autore.

§. 6. Camminando con questo sistema, la prima Catacumba, o sia il primo Cimiterio da Noi fatto visitare, è stato quello di Prætextato, tanto celebre ne' Martirologj, situato nella Via Appia, ed un miglio in circa lontano da Roma. D' esso parla il Sacerdote Marcantonio Boldetti Canonico di Santa Maria in Trastevere nella sua bell' Opera intitolata *Osservazioni sopra i Cimiterj de' Santi Martiri, ed antichi Cristiani di Roma, al lib. 2. cap. 18.* Opera composta dopo sei lustri di continua osservazione, accessi, fatiche di mente, e di corpo, intraprese e felicemente eseguite per comporla, e nello stesso tempo adempire il suo impiego sopra i Cimiterj.

Ricerche fatte nelle Catacombe di Prætextato.

§. 7. Nel predetto Cimiterio di Prætextato fu ritrovato nell' anno passato un Corpo intero col nome proprio *d' Ilaro*: nome assai usitato fra i Cristiani, come si raccoglie dalle Iscrizioni appresso P Arringhi, il Fabretti, ed il Reinesio, e non incognito nei Martirologj della Chiesa, come può vedersi in quello del Fiorentini al primo di Febbrajo, ed in un altro stampato dal Bollandus nel tom. 1. di Febbrajo alla pag. 294. Nel Sepolcro vi era impresso il Monogramma di Cristo, e da una parte un A, e dall' altra un Ω, e nella Iscrizione così si leggeva: *Hic requiescet in pace sede constitutus Ilarus qui vixit annus PL. MS. XXV.* non potendo formalizzarsi degli errori, che in essa si vedono, se non chi è privo anche delle prime cognizioni in questa materia, essendo per altro cosa assai nota, che, composte anche a dovere le parole da imprimerli nelle Lapidj, gl' Incisori ignoranti, imprimendole, le guastavano, ma non però in tal foggia, che il vero senso non se ne capisse.

In questo fu trovato un Corpo intero col nome proprio d' Ilaro.

E colla propria Iscrizione.

§. 8. Nella Nostro Opera de Canonizatione nel più volte citato capo xxvii. al num. 14. della stampa di Padova, non abbiamo avuta difficoltà, scrivendo de' Segni, pe' quali un Corpo Santo si distingue dal Corpo d' un Cristiano, di asserire come in appresso: *Primum itaque Signum est, si aliquod forte Corpus reperitur cum Inscriptione, dummodo Inscriptio ipsa nullis ambagibus subjecta sit, sed in ea expressa sint, que verum pro Christo Martyrium præferant, & ideo indubitam Sanctitatem.* Nella stessa Opera al num. 18. abbiamo ancor detto, che dal Monogramma *Pro Christo*, impresso nel Sepolcro, non si può altro inferire, se non che il Corpo in esso giacente, fosse Corpo d' un Cristiano: il che nella nuova stampa di Padova abbiamo avvalorato anche col sentimento del citato Giorgi, e del cotanto celebre Abbate Lodovico Antonio Muratori. L' A, ed Ω, che significano esser Cristo il principio, ed il fine di tutte le cose, ed esprimono la sua Divinità, e che erano in uso ne' Monumenti de' Cristiani, prima ancora dell' età d' Ario, e di Costantino, come molto bene hanno dimostrato il Lupi nella *Dissertatione de S. Severa* alla pag. 142., e P allegato Giorgi de *Monogrammate Christi Domini* cap. 2. provano altresì, che il Corpo era Corpo d' un Cristiano: al che pure alludono le parole *requiescit in pace*, che non sono mai state adoperate da' Paganj, ma unicamente da' Cristiani, come anche dimostra il Mabillonius de *Cultu Sanctorum ignotorum* alla p. 557. E lasciando da parte il PL. MS. che vogliono dire plus minus, e che esprimono l' età del defunto: Cifra, che si ritrova in tante altre Iscrizioni appresso P Arringhi, ed il Fabretti, e che incominciò ad usarsi nel quarto secolo, se

Vai seguiti dai quali ricavalisti essere i Corpi, che si trovano nelle Catacombe de' soli Cristiani.

reduci

prestita-

reduci debet ad illa verba *fede constitutus*, hoc est *fide constitutus*, ut incisoris sphalma corrigatur.

prestiamo fede allo Sponio nella Ricerca delle Antichità alla pag. 350. il vero punto dee ridursi alle parole *fede constitutus*, cioè *fide constitutus*, correggendo l'errore dell'Incisore.

Inquiritur, quid significet illa verba *fede constitutus*, quae in laudata inscriptione leguntur.

§. 9. Ut constaret, num praedicta verba in aliis quoque inscriptionibus invenirentur, & quanam esset eorumdem sensus, rem totam communicavimus Litteratis illis viris, qui frequentes adsunt eruditus Exercitationibus, quae singulis secundis Feriis habentur coram Nobis de rebus Ecclesiasticis, aut Romanis Antiquitatibus tum sacris, tum profanis, quo solatio inter molestissimas Pontificatus Nostri spinas unice recreamur. Post accuratas igitur perquisitiones, relatum est Nobis, hujusmodi verba nullibi in Lapidibus Sepulchralibus inveniri potuisse. Quo vero ad eorum intelligentiam putarunt aliqui, eo loco Sacramentum Confirmationis significari, quo Illarus insignitus fuerit, cum legatur in antiquo Canone *Spiritus Sanctus, de Consecrat. dist. 5.* quod *Spiritus Sanctus in Baptismate plenitudinem tribuit ad innocentiam, in Confirmatione augmentum praestat ad gratiam.* Sed ea sententia minime placuit; nam licet in Inscriptione quadam, quam afferunt clarae memoriae Cardinalis Norisius in *Festis Consularibus pag. 43.*, & Fabretti in *Inscriptionibus pag. 577.* legatur de quodam Severo Paschasio, quod *percepit xi. Kal. Majas*, absque eo quod subjungatur quid percepit, idque de Baptismo intelligatur; nescimus tamen an ulla Inscriptio invenitur, quae expresse mentionem faciat de Confirmatione; ob eam fortasse causam, quia ubi mentio fieri vellet de perceptis Sacramentis, cum omitti nullatenus posset Baptismus, ibi idem erat dicere aliquem fuisse baptizatum, ac dicere fuisse quoque confirmatum; tunc enim in pluribus Ecclesiis Confirmatio immediate conferebatur post Baptismum, quae consuetudo vigebat etiam in Ecclesia Romana, ut videre est in *Ordine Gelasiano* in lucem edito a Ven. Servo Dei Card. Thomasio pag. 84. & 85. De hujusmodi ritu fuisse egimus in *Dissertatione de Synodo Diocesana*, quae a Nobis Bononiae composita, deinde Nostri Pontificatus tempore locupletata, Deo annuente, publica luce donabitur. Baptismi, & Confirmationis Sacramentis addebatur olim in quibusdam Ecclesiis etiam Eucharistia, quamvis Baptizati, & Confirmati, essent adhuc lactentes puelluli, ut colligere potestis ex Nostro Opere de *Festis Jesu Christi, & Beatae Mariae Virginis, & de Missae Sacrificio*, quod Opus, quanto major est librorum copia, qui Nobis post Nostri Pontificatus exordia suppeditantur ab insigni Bibliotheca Dominici Cardinalis Passionei, variis notitiis tanto magis adauctum, atque insuper ex Italico sermone in Latinam linguam feliciter translatum a Michaelae Angelo de Giacomellis Nobis ab intimo Sacello, hoc ipso anno typis Patavim prodit in lucem.

§. 9. Comunicammo il tutto a quei Letterati, che in buon numero intervengono alle Nostre Accademie, che ogni Lunedì teniamo avanti di Noi sopra le materie Ecclesiastiche, e sopra le Antichità sacre, e profane di Roma; e che sono l'unico ristoro, che proviamo in questo Nostro spinosissimo Pontificato; incaricandoli a riconoscere con esatta diligenza, se in altre Lapidibus vi fossero le stesse sopradette parole, e quale sia l'intelligenza delle medesime. Dopo accurato studio ci fu riferito, non essersi ritrovate somiglianti parole in verun'altra Lapide Sepolcrale: Circa poi la loro intelligenza, vi fu chi pensò, alluderli da esse alla Cresima ricevuta da Ilaro, leggendosi nell'antico Canone *Spiritus Sanctus, de Consecrat. dist. 5.* che lo Spirito Santo nel Battesimo plenitudinem tribuit ad innocentiam, in Confirmatione augmentum praestat ad gratiam. Ma ciò non ci soddisfecce: perchè sebbene in un'Inscrizione riportata dalla chiara memoria del Cardinale Noris ne'Fasti Consolari alla pag. 43., e dal Fabretti nelle Inscrizioni alla pag. 577. si legge d'un certo Severo Paschasio, che *percepit xi. Kal. Majas*, senza dir che; e ciò s'intenda del Battesimo: non sappiamo però, che vi sia Inscrizione, che parli espressamente della Cresima; forse per la ragione, che volendosi far menzione de' Sacramenti ricevuti, nè potendosi omettere il Battesimo, era lo stesso l'espriimere, che uno era stato battezzato, che il dire, che il medesimo era stato cresimato; dandosi allora in molte Chiese la Cresima immediatamente dopo il Battesimo: il che pure praticavasi nella Chiesa Romana, come può vederli nell'Ordine Gelasiano pubblicato dal Venerabile Servo di Dio Cardinal Tommasi alla pag. 84. ed 85. Di questo rito abbiamo diffusamente trattato in una Nostra Dissertazione de *Synodo Diocesana*, che composta da Noi in Bologna è stata da Noi medesimi riempita nel tempo del Pontificato, e che, se piacerà a Dio, daremo alle stampe. Ai due Sacramenti di Battesimo, e di Cresima, univasi in alcune Chiese ancor quello dell'Eucaristia, benchè i battezzati, ed i cresimati fossero fanciulli lattanti: come potrete riconoscere dalla Nostra Opera delle Feste di Gesù Cristo, e della Santissima Vergine, e del Sacrificio della Messa; che abbiamo riempita di varie altre cognizioni acquistate nel tempo del Pontificato pel maggior comodo de' libri, che ci vengono somministrati dalla insigne Biblioteca del Nostro Cardinale Segretario de' Brevi Domenico Passionei, e che composta da Noi in lingua Italiana, è stata felicemente tradotta in lingua Latina dal Sacerdote Michelangelo Giacomelli nostro Cappellano Segreto, ed in quest'anno medesimo è stata stampata in Padova.

Esame del significato delle parole *fede constitutus*, che si trovano nell'Inscrizione sopradetta.

Opinione d'alcuni, che credono indicati con queste parole il sacramento della Cresima:

Nonnullorum opinio, Sacramentum Confirmationis iis verbis indicari.

Alii putant fidei firmitatem notari.

§. 10. Sacerdos Petrus Morettus Canonicus S. Mariae trans Tyberim, qui tam egregia volumina de rebus Ecclesiasticis edidit, aliaque plura actu preparat, quamvis non levi oculorum incommodo laboret; duas Nobis indicavit S. Cypriani epistolas, alteram Rogatiano Episcopo scriptam, in qua sic legitur: *Salomon in Spiritu Sancto constitutus testatur, & docet, quae sit Sacerdotalis auctoritas & potestas, dicens &c.* alteram, ad Populum Tibaritarum, quae sic habet: *Nemo quidquam de saeculo jam moriente desideret, sed sequatur Christum, qui & vivit in aeternum, & vivificat servos suos in fide sui nominis constitutos*: atque hinc inferebat per illa verba in *fide constitutus*, quae sunt in Ilari lapide, significari, quod Ilarus plenus fide, stabilis in fide, radices in eadem fide jecerat admodum profundas.

§. 10. Il Sacerdote Pietro Moretti Canonico di Santa Maria in Trastevere, e che ha dato alle stampe tante belle Opere nelle materie Ecclesiastiche, e che sta preparandone altre, non ostante il grave incomodo, che patisce della vista, ci additò due Lettere di S. Cipriano, quella scritta a Rogaziano Vescovo, nella quale si legge: *Salomon in Spiritu Sancto constitutus testatur, & docet, quae sit Sacerdotalis auctoritas & potestas, dicens &c.* Paltra alla plebe Tibaritana, ove così si legge: *Nemo quidquam de saeculo jam moriente desideret, sed sequatur Christum, qui & vivit in aeternum, & vivificat servos suos in fide sui nominis constitutos*: deducendo da esse, significarsi nelle parole in *fide constitutus*, che Ilaro era pieno di Fede, stabile nella Fede, e ben radicato in essa.

Hanno rimarcato altri significarsi la fermezza e stabilità nella fede.

1745.

Alii tandem
judicant in-
telligi ea ver-
ba de Sacra-
mento Bap-
tismi.

§. II. Porro dum hanc ipsam Epistolam dic-
tarem, ecce Nobis exhibita est Dissertatio pul-
cherrima typis edita, & prelaudato Dominico
Georgio Nobis ab intimo Sacello dicata. Ea ha-
bet Auctorem Sacerdotem Alexium Symmachum
Mazzochium Canonicum Ecclesie Metropolitanæ
Neapolis, virum tum sacra, tum profana eru-
ditiōe clarissimum. Ibi ad examen revocantur ea
verba *fide constitutus*, ab iisque significari osten-
ditur Sacramentum Baptismi susceptum ab Ilaro.
Legitur enim in Tertulliano *lib. de Pudicitia cap. 18.*
& alibi, *ante fidem, & post fidem*, ad significan-
dum *ante & post Baptismum*, immo vetera Mo-
numenta passim utuntur hac phrasi *fidei Sacra-
mentum* ad Sacramentum Baptismi indicandum.

Et quia intelligit posse opponi, totum hoc su-
perfluum videri, quandoquidem si Ilarus Chri-
stianus erat, necesse pariter erat, fuisse baptiza-
tum, animadvertit quam diligentissime, quod
tunc tempus suscipiendi Baptismum protrahatur,
adeoque Christiani dividebantur in duas vel
uti classes, quarum unam constituiebant Catechu-
meni, alteram Baptizati; atque hi quidem *Fideles*
nominabantur; a *Fidei Sacramento*, non a
virtute Fidei; qua Fidei virtute imbebantur Chri-
stiani Catechumeni Parochorum catechismum sua
presentia frequentantes. Non est admodum in-
verisimile, quod alia ad Nos super eodem ar-
gumento Dissertationes perveniant. Si ita erit,
libenti animo eas percurremus. Nos interim hanc
materiam intactam relinquentes, ad aliud Sacrum
Corpus curam Nostram convertere statimus,
quod ad Ecclesiam Nostram Bononiensem mitta-
mus.

Due Chri-
stianorum
Classes, alte-
ra Baptizato-
rum, Cate-
chumenorum
altera.

Sancti Thra-
sonis Cœ-
meterium
Romæ dete-
ctum.

§. 12. Paucis abhinc annis detectum fuit
Cœmeterium S. Thrasonis; de quo mentionem
facit Martyrologium Romanum die II. Decem-
bris: *Romæ Passio Sancti Thrasonis, qui cum
Christianos laborantes in Thermis, aliisque operibus
publicis fatigatos, & in carcere positos de suis fa-
cultatibus aleret, jubente Maximiano, tentus, cum
aliis duobus Pontiano, & Prætextato, Martyrio
coronatus est. Ut notum est unicuique, Maxi-
miano ædificium aggressus est Thermarum Dio-
cletiani. Excessu crudelitatis abreptus, atque ut
experiretur, utrum id, quod obtinere non po-
terat prompta morte Christi sequacibus violenter
illatâ, obtinere posset ignominioso & diuturno
supplicio, milites Christi damnavit ad excavan-
dam arenam pro tam ingenti ædificio necessariam.
Immanis proculdubio fuit illorum numerus, qui
in Christiana Religione perseverantes mortui sunt
ex nimio labore. Qui superstitēs vixerunt decem
mille ducenti & tres, ii occisi sunt in odium
Christianæ Fidei intra Vallis Planitiem extra Por-
tam Trigeminam, in loco, qui appellatur *Gutta
jugiter manans, ad Aquas Salvias*, ut fuscè nar-
ratur in Annalibus Cardinalis Baronii *ad annum
Christi 298.*, ubi piissimus Auctor animadvertit,
quod cum dirute sint & redditæ inutiles reliquæ
omnes Romanorum veterum Thermæ, unicæ, si-
minus integræ, saltem magna ex parte subsistunt
Diocletiani Thermæ, in Ecclesiam commutate
ad honorem Beatissimæ Virginis, & Angelorum,
fortasse quia sudoribus Confessorum Christi fue-
runt exedificate.*

Narratur,
quomodo in
Cœmeterio
S. Thrasonis
reperit Corpus S.
Proci, cum
propria in-
scriptiōe, &
Vale sangui-
ne resperio.

§. 13. Sed ut reditum faciamus ad Cœmete-
rium Sancti Thrasonis Via Salaria, quod dete-
ctum fuit in arenariis ad fodendam arenam aper-
tis pro Thermarum prædictarum ædificio: Joanes
Marangoni Sacerdos supra commendati Cano-
nici Boldetti studiorum laborumque, per tri-
ginta & amplius annos, focus indivisibilis, hi-
storiam fideliter narrat in Appendice ad Acta
S. Victorini Episcopi typis edita simul cum longa

§. II. Mentre appunto stiamo dettando questa
lettera, ci vien presentata una bella Dissertazio-
ne del Sacerdote Alessio Simmaco Mazocchi Ca-
nonico della Metropolitana di Napoli, Soggetto
pieno di sacra, e profana eruditione, data alle
stampe, ed indirizzata al Nostro sopradetto Cap-
pellano Segreto Domenico Giorgi. In essa si
esaminano le parole *fide constitutus*, che sono
nella Lapide d'Ilaro, ed in essa si dimostra, ad-
ditarfi nelle medesime il Sacramento del Battefimo
ricevuto da Ilaro; leggendosi in Tertulliano
nel *lib. de Pudicitia cap. 18.* ed in molti altri
luoghi, *ante fidem, & post fidem*, per esprimere,
ante, e post Baptismum, ed essendo pieni i mo-
numenti antichi della frase *fidei Sacramentum*, per
additare il Sacramento del Battefimo.

E perchè prevede, che potrebbe risponderli,
parer ciò superfluo, mentre se Ilaro era Cristia-
no, era altresì d'uso, che fosse battezzato, osserva
con molta accuratezza, che in que' tempi proroga-
vasi il tempo, in cui da' Cristiani si riceveva il
Sacramento del Battefimo, e che allora i Cristiani
dividevansi in due classi, una de' Catecumeni,
l'altra de' Battezzati; appellandosi questi ultimi
Fideles, a Fidei Sacramento, non a *virtute
Fidei*, della qual Fede, come virtù, s'imbevevano
i Cristiani Catecumeni coll'assistere a' Catechismi
de' Parrochi. Non è così tanto inverisimile,
che ci siano mandate altre erudite Dissertazioni
sopra l'intelligenza delle dette parole. Se
verranno, ben volentieri le leggeremo: ed in-
tanto, lasciando Passare nello stato, in cui è,
ci siamo risolti di rivolgere il Nostro pensiero ad
altro Corpo Santo da mandare alla Nostra Chiesa
di Bologna.

§. 12. Non molti anni sono fu scoperto il
Cimiterio di S. Trafone, di cui si fa menzione
nel Martirologio Romano agli 11. di Dicembre:
*Romæ Passio Sancti Thrasonis, qui cum Christianos
laborantes in Thermis, aliisque operibus publicis
fatigatos, & in carcere positos de suis facultatibus
aleret, jubente Maximiano, tentus, cum aliis
duobus Pontiano, & Prætextato Martyrio coronatus
est.* Come è noto ad ognuno, Massimiano intraprese
la gran fabbrica delle Terme di Diocleziano.
Per eccesso di crudeltà, e per vedere se ciò, che
non poteva ottenere col dar prontamente la morte
ai seguaci di Cristo, l'avesse potuto ottenere con
un'ignominiosa, e lunga pena, condannò i Soldati
Cristiani all'opera di fare le cave d'arena neces-
saria per la grand'opera. Grandissimo senza
dubbio fu il numero di quelli, che sen'abbandonar
la Cristiana Religione morirono nel penoso tra-
vaglio. Dieci mila dugento e tre ne sopravvissero,
e questi furono fatti morire in odio della Fede
di Cristo nel concavo della valle fuori della Porta
Trigemina nel luogo detto *Gutta jugiter manans
ad Aquas Salvias*; come diffusamente si vede negli
Annali del Cardinal Baronio all'anno di Cristo
298., ove piamente osserva, che essendo cadute,
o rese inutili tutte le altre Terme degli antichi
Romani, non resta in piedi, che una gran parte
di quelle di Diocleziano, commutate in uso di
Chiesa in onore della Vergine Santissima, e degli
Angeli, forse per essere state fabbricate colle
fatiche dei Confessori di Cristo.

§. 13. Ma ritornando al Cimiterio di S. Tra-
fone posto nella Via Salaria, il di lui ritrova-
mento nelle cave d'arena aperte per la fabbrica
delle Terme sopradette, viene fedelmente es-
posto dal Sacerdote Giovanni Marangoni, compa-
gno già da trenta, e più anni indivisibile negli
studj e nelle fatiche del sopradetto Canonico
Boldetti, nell'Appendice agli Atti di S. Vittorino
Vescovo, che esso ha dato alle stampe con una serie

1745.

Altri final-
mente pensa-
no denotarsi
colle parole
suddette il Sa-
cramento del
Battefimo
già ricevuto.

Due Classi
de' Cristiani,
altri Battezzati,
altri
Catecumeni.

Scoperta in
Roma del
Cimiterio di
S. Trafone.

Cristiani
condannati
da Massimiano
alla fabbrica
delle Terme
di Diocleziano.

Si narra come
fosse ritro-
vato nel
Cimiterio di
S. Trafone,
il Corpo di
S. Proco, col-
la propria in-
scriptiōe, e
col Vaso rin-
to di Sangue.

serie

ancora

ferie marmorearum Inscriptionum, quas in Cœmeteriis collegerat; & quarum memoria in fatali incendio ejus domicilii ideo non perit, quia priusquam ædes conflagrarent, eas jam viris eruditus ipse communicaverat.

Joanni igitur Marangonio Sacerdoti una cum Canonico Boldetto feliciter succcessit, ut via quædam subterranea sese aperiret, valde lutulenta, in qua ipsi operariis insistentes, ut excavationem prosequerentur, tum demum invenerunt sepulchra nonnulla, quorum alia suas inscriptiones præferrebant, alia non item; in omnibus tamen habebatur vasculum aut sanguinis plenum, aut tinctum colore sanguineo, aut crustas saltem sanguineas aliquo modo occludens.

Inter cœtera, unum inventum est Sepulchrum cum sequenti Epigraphe:

*Pater Filio Proco Qui
vixit annis VIII. mens. VIII.
in pace fecit.*

Epigraphe hæc insculpta erat marmor Salino, & poroso, quod ab aqua penetratum & corrosam, levissimo quoque tactu in pulverem redigebatur. Quapropter cum providus, & peritus antea laudatus Marangonus clare animadvertisset fieri non posse, ut marmor illud extraheretur, deliberavit verba transcribere, eaque in citata Appendice pag. 88. in lucem proferre.

Nullum os desiderabatur ad corporis integritatem, quin etiam in Sepulchri loco consueto existeret vas tinctum, cum crustis sanguineis: quæ ossa cum vasculo a Sacerdote, pro sui Officii munere, exhibita Cardinali Guadagni Romæ Vicario, reposita fuerunt de more in Custodia, ut deinde opportuno tempore illustri alicui viro concederentur, qui preces porrigeret ad impetrandum aliquod Corpus sacrum integrum, cum proprio nomine, ut in insigni quapiam Ecclesia collocaretur.

Extracta fuerunt ossa cum vase supra memorato die 9. Maji anni 1737. Nos autem, quoniam nihil amplius de corpore invento cum Illari nomine cogitabamus, Sacerdoti Marangonio communicavimus desiderium nostrum habendi sacrum aliquod Corpus insigne, quod Ecclesiæ Nostræ Bononiensi, ut diximus, mitteremus. Hoc audito, ipse indicavit Nobis Corpus Sancti Proci, ipse idem Nobis illud attulit in parva capsula sigillo Card. Vicarii munita, ipse Nobis fideliter narravit ea, quæ supra exposuimus; addiditque præterea, prope Sancti Proci Sepulchrum duo pariter Sepulchra inventa esse cum sanguinis vasculo, ubi ossibus pene in cinerem solutis, lapides indicabant, illa duo esse Puerorum Corpora, quorum alter septem, alter erat annorum trium: ex quo colligebat eruditus vir, persecutionem illam, qua Martyrio coronatus est Sanctus Procus, esse non potuisse nisi gravem, atque unam ex crudelissimis. In hujusmodi enim persecutionibus crudelis Tyrannorum barbaries neque sexui pepercit, neque ætati, quantumlibet infantili. Denique in urna, quam confici fecimus, vobisque pariter donamus, idem ipse propria manu collocavit vas, aptavitque ossa singula, quæ, mandantibus Nobis, recognita ab intimo Cubiculario nostro & Archiatro Antonio Leprotto, integrum Corpus perficiant.

§. 14. Ecce igitur, Dilecti Filii narrationem completam tum loci, tum temporis, cæterarumque circumstantiarum omnium, quæ spectant ad seriem facti, per quod inventum est atque extractum Sancti Proci Corpus, quod vobis mittimus, ut juxta Nostra mandata collocetur sub una ex aris Metropolitanæ Nostræ publico cultui ex-

ancora di Lapidis ritrovate ne' Cimiterj, la memoria delle quali, dopo il fatale incendio seguito nella sua abitazione, sopravanzò, per essere state prima dell'incendio comunicate dal detto Sacerdote a Persone erudite.

Al Sacerdote dunque Marangoni unitamente col Canonico Boldetti toccò la bella sorte di ritrovare una strada sotterranea, ripiena di fango, e facendo proseguire il lavoro, di ritrovar dipoi alcuni Sepolcri, altri con Iscrizioni, altri senza Iscrizioni, e tutti, o con un Vasetto pieno di sangue, o tinto di color sanguigno, o con croste di sangue in qualche parte del Vaso.

Fra gli altri Sepolcri ne fu trovato uno colla seguente Iscrizione:

*Pater Filio Proco Qui
vixit annis VIII. mens. VIII.
in pace fecit.*

Era l'Iscrizione scolpita in un marmo salino, e poroso, e che penetrato, e corroso dall'acqua, ad ogni leggier tatto andava in polvere: per lo che avendo il provido, e pratico Marangoni ben compreso, ch'era impossibile estrarlo, prese il partito di copiar le parole, e di stamparle nella sua citata appendice alla pag. 88.

Non mancava verun osso integrante il Corpo: eravi nel Sepolcro, nel luogo solito, il Vaso tinto, e colle croste di sangue. Ed essendone stata fatta dal Sacerdote, secondo il suo dovere, la consegna al Cardinal Guadagni Vicario di Roma, furono le Ossia, ed il Vaso posti nella solita Custodia, per essere poi in qualche opportuna occasione consegnati a qualche riguardevole Personaggio, che facesse istanza per qualche Corpo Santo intero, e col proprio nome, da collocarsi in qualche illustre Chiesa.

Seguì l'estrazione di tutte le Ossia, e del Vaso ai 9. di Maggio del 1737. Ed avendo Noi, dopo aver abbandonato il pensiero dell'altro Corpo ritrovato col nome d'Illaro, comunicata al Sacerdote Marangoni la Nostra brama d'aver un Corpo Santo qualificato, come sopra, da mandare alla Nostra Chiesa di Bologna, esso è quello, che c'indicò il Corpo di S. Proco, che ce lo portò in una Cassetta sigillata col Sigilli del Cardinal Vicario, che ci raccontò con ogni ingenuità, e fedeltà quanto di sopra abbiamo esposto: aggiugnendo, che atroce dovette essere la Persecuzione, nella quale S. Proco ricevè il Martirio, essendosi ritrovati vicini al di lui Sepolcro due altri Sepolcri col Vaso di Sangue, ma colle Ossia quasi ridotte in cenere, e colle Lapidis indicanti, ch'erano Sepolcri di due Fanciulli, uno d'anni sette, e l'altro d'anni tre; non avendo nelle gravi, ed atroci Persecuzioni, la barbarie perdonato nè al sesso, nè all'età benchè infantile. E' finalmente è stato quello, che nell'Urna fatta fare da Noi, e che pure vi mandiamo, ha colle proprie mani collocato il Vaso, accomodate le Ossia, che, fatte riconoscere dal Nostro Cameriere Segreto e primario Medico Antonio Leprotto, formano un Corpo intero.

§. 14. Eccovi, Diletti Figliuoli, tutta la storia del luogo, del tempo, e di tutto ciò, che appartiene al ritrovamento, ed estrazione del Corpo di S. Proco, che vi mandiamo, acciò, secondo gli ordini opportuni, che già da Noi sono stati dati, sia collocato sotto uno degli Altari della Nostra Metropolitana, ed esposto al pub-

Devesi a questo Corpo il culto di Santo, perchè il Vaso tinto di Sangue è segno indubitato del Martirio.

Huic Corpori cultus debetur, & titulus Sancti; quandoquidem Vas reserptum sanguine, indubia est martyrii nota.

positum.

a 4

blico

positum. Ipsi debetur cultus, & titulus Sancti, quia procul dubio, ut eruditioni vestrae notum esse debet, nulli unquam venit in mentem, quantumvis acuto ingenio is fuerit, & cupidus quaerendi, ut ajunt, nodum in scirpo, nulli, inquam, venit in mentem dubitatio, quod Corpus in Catacumbis Romanis inventum cum vasculo sanguinis aut pleno, aut tincto, non sit Corpus alicujus, qui mortem pro Christo sustinuerit. Arringius, Mabillonius, bonae memoriae tum Senator Buonarroti, tum Raphael Fabretti, & qui unus pro cunctis valere debet Ludovicus Antonius Muratorius, Canonicus Boldettus, Sacerdos Marangonius, Eques Victorius, alique Ministri Corporum extractionibus inservientes, in hoc unanimiter conveniunt; ut erere facile potestis ex cit. Cap. 27. Operis Nostri de Canonizatione Sanctorum lib. 4. part. 2. à num. 22. usque ad finem, editionis Patavinae, ubi fideliter enumerantur, & adoptantur a Nobis auctoritates praedictae, simul cum experimento praelaudati Fabretti, quo redarguit nimis audacem eorum opinionem, qui contendebant illorum vasculorum crustas non improbabiler a salium mineralium concretionibus fuisse productas; atque ostendit, eas sine ulla controversia provenire a sanguinis massa. Arringius, Muratorius, Nos ipsi, verba facimus de pia veterum Fidelium consuetudine colligendi & conservandi Sanctorum Martyrum Sanguinem, de qua re si plura discere exoptatis, percurrite primam Partem Tom. II. de Cultu Sanctorum Dissert. 7. cap. 1. §. 7. & cap. 31. concivis Nostri Joannis Chrysostomi Trombelli Abbatis, qui ea, qua solet, ingenti eruditione etiam hoc argumentum petraclavit.

Quaeritur, num in aliquo Ecclesiastico monumento Sancti Proci fiat mentio.

§. 15. Nihil amplius requiritur, ut pro certo habeatur, non modo titulum Sancti, Proco debere, sed etiam cultum ejusdem Corpori, quod vobis mittimus, negari non posse. Verumtamen illud pariter pro complemento inquirere diligenter volumus, atque alios indagare fecimus, utrum in veteri aliqua Litaniam, aut in Martyrologiis Rosveydi, Bedae, Flori, Rhabani, Notkeri, Wandalberti, in Ephemeridibus Graeco-Moschis, & in Basiliano Menologio e Graeco in Latinum sermonem translato a sanctae memoriae Clemente Papa XI, mentio de hoc Sancto Proco habeatur.

Verisimile est, Sanctum Procum, de quo agitur, eundem esse cum illo, de quo meminit Martyrologium S. Hieronymi.

§. 16. Nomen Proci non fuit ignotum Gentilibus, ut videre est in satis ampla Inscriptionum Collectione apud saepe laudatum Muratorium pag. 815. num. 4, & pag. 1472. num. 2. Quod autem spectat ad Martyrologia; eruditioni vestrae manifestata fieret injuria, si dubitarem vobis non esse perspectum, quanta in aestimatione sit, ac semper fuerit Martyrologium Sancti Hieronymi, cui decursu temporis multa a piis, ac religiosis viris facta sunt additamenta quorundam Sanctorum, qui certe post Sanctum Hieronymum floruerunt. In Monasterio Corbejensi antiquum hujus Martyrologii exemplar inventum est, quod Hugo Menardus typis edere cogitaverat. Quod tamen ipse non potuit conficere, perfectum postea Lucas Acherus in suo Spicilegio, seu Collectione veterum quorundam Scriptorum, quos in Galliae Bibliothecis invenit. Hieronymianum hoc Martyrologium extat in Tom. II. cit. Collect. editionis Parisiensis 1723. ibique pag. 12. die 2. Junii inter caeteros Sanctos legimus Sanctum Procum: Item Marthae, Marcellae, Proci, Datulae, Victuriae, Joviani. Atque ibi cum sermo sit de Sancto Romae passo, ut diximus, cumque pariter certum sit, quod, qui Romae Martyrium sustinebant, sepeliebantur in Catacumbis cum vase sanguinis, praecipuo sui Martyrii signo, verisimile admodum est, Sanctum Procum, cujus Corpus extractum est cum signo praedicto, esse utique illum

blico culto. Ad effo poi deesi il culto, ed il titolo di Santo: perchè senza dubbio farà noto alla vostra erudizione, che non è mai caduto in capo a veruno, quantunque acuto, e desideroso, come fuol dirsi, di vedere il pelo nell'uovo, di dubitare, che un Corpo ritrovato nelle Catacombe di Roma col Vaso o pieno, o tinto di sangue, non sia il Corpo d'uno, che ha sofferta la morte per Cristo. L'Arringhi, il Mabillon, il fu Senatore Buonarroti, il fu Raffaello Fabretti, e vaglia per tutti l'Abbate Lodovico Antonio Muratori, il Canonico Boldetti, il Sacerdote Marangoni, il Cavaliere Vittori, i Ministri dell'estrazioni de'Corpi, concordano pienamente in questo sentimento, come potrete facilmente vedere nel citato capo 27. della Nostra Opera de Canonizatione Sanctorum lib. 4. part. 2. dal num. 22. fino al fine, della stampa di Padova; ove sono fedelmente registrate, ed abbracciate da Noi le autorità de' predetti, unitamente con un'esperienza fatta dal citato Fabretti, colla quale convinse chi troppo arditamente pretendeva, che le croste di que' Vasi avessero potuto provenire da una concazione di sali minerali; avendo fatto conoscere, che sicuramente provenivano dalla massa del sangue. L'Arringhi, il Muratori, Noi stessi, abbiamo parlato della pia costumanza de' primi Fedeli, di raccogliere e conservare il Sangue de' Martiri: e quando avete curiosità di vedere qualche cosa di più, potete dare un'occhiata alla prima parte del tomo secondo de Cultu Sanctorum dissert. 7. cap. 1. §. 7. ed al cap. 31. del Nostro comune Concittadino Abbate Gio. Grifostomo Trombelli, che ha colla sua solita molta erudizione discorso ancora di questo punto.

§. 15. Per assicurare il culto al Corpo, che vi mandiamo, ed altresì il titolo di Santo a Proco, null'altro è necessario. Ma ciò non ci ha punto liberato da una diligente indagine, fatta da Noi, e fatta fare da altri, per vedere, se in qualche antica Litaniam, se ne' Martyrologj del Rosveydo, del Beda, del Floro, del Rabano, del Notkero, di Wandalberto, nell'Efemeridi Graeco-Mosche, e nel Basiliano Menologio tradotto dal Greco in Latino dalla santa memoria di Clemente XI. si ritrovasse fatta menzione di questo S. Proco.

Ricerca, se in alcun Ecclesiastico monumento si faccia menzione di S. Proco.

§. 16. Il nome di Proco non fu incognito appresso i Profani, come può vederli in alcune Lapid nella nobile Collezione del più volte citato Muratori alla pag. 815. num. 4. ed alla pag. 1472. num. 2. In ciò poi, che appartiene a' Martyrologj, sarebbe un torto manifesto, che faremmo al vostro sapere, se temessimo, che vi giungesse nuovo il credito, che si deve, e che da tutti è professato al Martyrologio di S. Girolamo, al quale poi da Persone devote sono state fatte varie aggiunte d'alcuni Santi vissuti in tempi posteriori a S. Girolamo. Nel Monasterio Corbejense se ne ritrovò un antico esemplare, che Ugone Menardo avea pensato di dare alle stampe: ma quello, che esso non fece, fu di poi fatto da Luca d'Achery, nel suo Spicilegio, o sia Collezione d'alcuni antichi Scrittori ritrovati nelle Biblioteche della Francia. Questo Martyrologio di S. Girolamo è nel tom. 2. della detta Collezione della stampa di Parigi del 1723. ed ivi alla pag. 12. al secondo giorno di Giugno, fra gli altri Santi di Roma ritroviamo annoverato S. Proco: Item Marthae, Marcellae, Proci, Datulae, Victuriae, Joviani. E trattandosi ivi d'un Santo di Roma, come abbiamo detto, e sapendosi, come pure si è detto, che chi in Roma sopportava il Martirio, era sepolto nelle Catacombe colla divisa particolarmente del Vaso di sangue, ogni verisimilitudine c'induce a credere, che quel S. Proco, il

Probabilità che il S. Proco, di cui si ragiona, sia quello stesso nominato nel Martyrologio di S. Girolamo.

eundem, de quo fit mentio in Martyrologio Sancti Hieronymi.

In alio Codice pro Proci, Percus legitur.

§. 17. Ne quid tamen diffimulemus; dicere necesse est, Martyrologium hoc ipsum editum pariter fuisse ab erudito viro Francisco Maria Fiorentino, qui secutus lectionem Codicis cujusdam Lucensis die 2. Junii pag. 567. non legit Proci, sed Perci, aliud quoque MS. vetus Antuerpiense in Annotationibus producit. Sed cum in isdem Adnotationibus pag. 568. non præmittat ingenius Florentinus Codicem etiam Corbejensem citare, qui legit non Percum, sed Procum; & quod majus est, cum in Sanctorum Indice ad finem Martyrologii mentionem faciant de Proco, non autem de Percu; hinc oritur validum argumentum inferendi, quod a Florentino Corbejenfis Lectio Lucensi anteponatur, atque Antuerpiense. Eruditi viri, qui Acta Sanctorum collegerunt, Henschenius nempe, Papebrochius, Baertius, & Janningus tom. 1. mensis Junii die 2. pag. 209. post Catalogum Martyrum Romanorum, in quem inferunt nomen Perci, amplectentes lectionem editionis Florentini p. 210. fatari deinde non dubitarunt, quod Procus legebatur in aliis Codicibus, non Percus.

Scd Perci nomen nullibi occurrit.

§. 18. His omnibus addendum est, nullum aliud neque sacrum, neque profanum monumentum, quacunque diligentia adhibita, potuisse inveniri, in quo nomen Perci haberetur; e contrario Proci nomen facile, ut diximus, in antiquis inscriptionibus occurrere. Ex quo inferri possunt hæc duo: alterum, quod lectio Codicis Corbejenfis verifimilior sit, quam lectio Codicis Lucensis, & Antuerpiensi: alterum vero, quod sine temerariis iudiciis nota affirmare liceat, Proci nomen ab Amanuensis per iteratas exemplarium transcriptiones in illud Perci mutatum fuisse.

Ni facilius, quã ab Amanuensis Proci nomen in aliud Perci commutatum fuisse.

Quod si forte objiciatur, nomen Perci mutari potuisse ab Amanuensis in illud Proci, semper reponi possit, facilius esse, iterum atque iterum rescribendo, mutare Procum in Percum, quam Percum in Procum. Nam apud Martene, & Durand tom. 3. Novi Thesauri Anecdotorum, edit. Parisiensis 1717. pag. 1614. apparet, nomen Sanctorum Proci, & Hyacinthi Amanuensium incuria mutatum fuisse in quibusdam Martyrologiis antiquis cum nomine Sanctorum Presti & Hyacinthi, non vice versa.

Publicus Corpori S. Proci cultus decernitur.

§. 19. Valeat tamen quod diximus usque adhuc, quantum valere potest. Nos asserimus Proci nomen, propter marmoris sepulchralis auctoritatem: asserimus Martyrium, propter Vasculum tinctum crustis sanguineis: & nihil amplius requiri certi sumus ad publicum cultum, & Sancti titulum Nostro Martyri asserendam. Exponite igitur publico cultui Corpus, quod vobis mittimus; vestra & totius Populi, ac Cleri pietas accendatur magis ac magis erga sacras exuvias; illudque in mentem revocate, quod Corpora, & Sanctorum Reliquie in illis Civitatibus, ubi jacent, & venerantur, solent esse, divina favente misericordia, validum præsidium ad arcendas inde calamitates, a quibus secus opprimerentur. Martyri Theodoro acceptum refert Sanctus Gregorius Nyssenus, quod Civitas, in qua ejus Sacrum Corpus aservabatur, liberata fuerit ab impendenti devastatione, quam Scythæ minabantur, ut videre est in Oratione de eodem Martyre. Idem scribit Evagrius lib. 4. cap. 27. de Martyre Sergio, qui Civitatem, ubi erat Sacrum ejus Corpus, a terribili Regis Chosroë invasione liberavit. Superius

Sanctorum Reliquie ad arcendas a Civitatibus calamitates præsidium sunt.

di cui Corpo è stato estratto dalle Catacombe col predetto Segno, sia per appunto quello, di cui si parla nel Martirologio di S. Girolamo.

§. 17. Per non diffimularvi cosa veruna, vi diremo, che questo stesso Martirologio di S. Girolamo è stato anche stampato dall' erudito Francesco Maria Fiorentini, e che questi seguitando un Codice di Lucca, al giorno secondo di Giugno pag. 567. non dice Proci, ma Perci, allegando anche nelle Note un altro Manoscritto antico d'Anversa. Ma non avendo nelle stesse Note alla pag. 568. tralasciato l'ingenuo Fiorentini di portar anche il Codice di Corbeja colle parole esprimenti il nome di Proco, e non di Percu: e, quello che più importa, nell' Indice de' Santi posto al fine del Martirologio, facendo menzione di Proco, e non di Percu: di qui nasce una forte congettura, ch'esso preferì la lezione Corbejense a quella di Lucca, e d'Anversa. E gli eruditi Collettori degli Atti de' Santi, Henichenio, Papebrochio, Baertio, e Gianningo, nel tom. 1. del mese di Giugno al giorno secondo pag. 209. dopo aver tessuto un Catalogo di Martiri Romani, ed avervi posto il nome di Percu, seguitando la lezione del testo stampato dal Fiorentini, alla pag. 210. non ebbero difficoltà di confessare, che in altri Codici, in luogo di Percu, leggevasi Proco.

In un altro Codice si legge Perco in vece di Proco.

§. 18. Che se al già detto aggiungerassi, che in verun altro monumento o sacro, o profano, per quante diligenze siano fatte, non si ritrova il nome di Percu, il che, come pure è stato accennato, non succede in quello di Proco, due sono le illazioni, che da ciò si possono dedurre: una, ch'è più verifimile la lezione del Codice Corbejense, dell'altra di Lucca, e d'Anversa: e la seconda, che si può, senza nota di giudizio temerario, asserire, essersi dagli Amanuensi nel copiare, e ricopiare cangiato il nome di Proco in quello di Percu.

Ma il nome di Percu non trovasi in verun Monumento, sia sacro, o profano.

E' dunque verifimile essersi dagli Amanuensi cangiato nel copiare il nome di Proco in Percu.

E quando mai si rispondesse, essersi anche potuto mutare dagli Amanuensi il nome di Percu in quello di Proco, si potrebbe sempre replicare, esser più facile, copiando, e ricopiando, di mutare Proco in Percu, che Percu in Proco. Nel tomo terzo del Tesoro nuovo degli Anecdotti del Martene, e del Durand, della stampa di Parigi del 1717. alla p. 1614. si può vedere, che i nomi dei SS. Proto, e Giacinto, sono, per incuria degli Amanuensi, stati mutati in alcuni antichi Martirologi nei nomi dei SS. Presto, e Giacinto, e non già i nomi dei SS. Presto, e Giacinto nei nomi dei SS. Proto, e Giacinto.

§. 19. Vaglia però quanto fin ora si è detto, per quello, che può valere. Noi appoggiamo il nome di Proco alla Lapide; Noi il Martirio, al Vaso colle croste sanguigne; e sappiamo, che pel pubblico culto, e per la denominazione di Santo, ciò basta. Espongasi dunque il Corpo, che vi mandiamo, al pubblico culto, s'infiammi la vostra divozione, e del rimanente del Clero, e del Popolo, verso queste nuove Sante Reliquie: e sappiate, che i Corpi, e le Reliquie de' Santi sogliono essere per misericordia di Dio un valido presidio per tener lontane dalle Città, nelle quali sono collocate, e venerate, le disgrazie, dalle quali farebbero oppresse. Al Martire Teodoro S. Gregorio Nisseno attribuisce l'essere stata preservata la Città, in cui era il suo Sacro Corpo, da un' imminente devastazione minacciata dagli Sciti, come può vederli nella sua Orazione sopra lo stesso Martire. Lo stesso scrive Evagrio al lib. 4. cap. 27. del Martire Sergio, che liberò la Città, in cui era il suo Sacro Corpo, da una terribile invasione di Cosroe. Abbiamo di sopra nominato il nostro Padre Abate Trombelli. Ora di nuovo

Si comanda d' esporre al pubblico culto il Corpo di S. Proco.

Le Reliquie de' Santi sogliono preservare le Città da molte disgrazie.

1745.

1748.

mentionem fecimus de Concive Nostro Joanne Chrysofomo Trombelli Abbate, nunc iterum ejus memoriam repetimus, qui pariter *supra cit. Dissert. 7. cap. 24. & seqq.* hoc idem assumptum summa felicitate, atque eruditione comprobavit. Jam vero ut finem faciamus, paternam vos benevolentiam complectentes, Apostolicam Benedictionem Vobis impertimur.

Dat. 20. Aprilis 1745. Pont. V.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majori die 20. Aprilis 1745. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

lo nominiamo; avendo esso pure nella cit. dissert. 7. al cap. 24. e seguenti, dimostrato con molta felicità ed erudizione, questo stesso assunto. E qui intanto abbracciandovi, con Paterno affetto vi diamo l'Apostolica Benedizione.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majori die 20. Aprilis 1745. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Dat. 20. Aprilis 1748. Pont. V.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilectis Filiis Capitulo, & Canonicis Metropolitanæ Ecclesiæ Bononiensis.

Litteræ Apostolicæ in forma Brevis Capitulo & Canonicis Ecclesiæ Metropolitanæ Bononiensis scriptæ.

Dilecti Filii Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Insignes, quæ amplissimam istam Metropolitanam Ecclesiam maxime illustrant & ornant, laudes, & decora, tum opportunis ad divini honoris & Ecclesiasticæ disciplinæ incrementum editis legibus, tum edificiorum vel accessione vel instauratione, tum denique additis pretiosæ suppellectilis ornamentis, pro viribus hætenus augere adeo sollicitè studuimus; ut officio quidem minime defuisse Nobis ipsi quodammodo blandiamur; amori vero erga Sponsam, quæ gaudium & corona Nostra semper erit, nunquam videamur satisfecisse. Ut autem constantissimam voluntatem Nostram eidem novo testimonio amplius declarem, ad caeleste præsidium publicis necessitatibus confirmandum, Corpus S. Proci Martyris e Sancti Thrasonis Cimiterio eductum & extractum, in eadem Metropolitana semper adservandum, Vobis, paterni Nostri amoris pignus, dono mittimus. Porro de hujus Sancti Martyris inventione, deque certissimis argumentis, notis ac symbolis, per quæ ejus Martyrium exploratissime designatur, pluribus ac subtiliter admodum scribimus in epistola, quam Italico idiomate ad Vos hac ipsa die damus; cui hæc etiam in forma Brevis literas adjungimus, quas pro publico autenticoque documento futuris temporibus esse volumus. Eapropter Venerabile Sancti Proci Corpus, una cum Ampulla vitrea ipsius Sanguine respersa, quæcum fuit Sepulchro conditum (quemadmodum antiquis erat in more positum Martyrium Corpora tumulo mandare) decenter composuimus atque collocavimus in Capsula ex ære auro inducto ad urnæ instar compacta & conformata, elegantissimo opere elaborata, crystallinis sex tabulis undique contexta; quam ad certam perpetuamque rei fidem Nostris in cera hispanica rubri coloris impressis signis obsignavimus. Vobis igitur injungimus & mandamus, ut Sacra tantæ Martyris pignora, cum perenni paternæ caritatis Nostræ memoria, ad majorem Divini nominis gloriam, Sanctorumque cultum, in ista Metropolitana Ecclesia publicæ Fidelium venerationi exponatis: Fore certo sperantes, ut presentissimo etiam ejusdem Martyris patrocinio adjuvi, ampliora in dies divina clementiæ munera Vobis comparetis, quibus euntes de virtute in virtutem, ambuletis digne Deo in omni opere bono fructificantes, & veritatem in caritate facientes, crescat in illo per omnia, qui est Caput Christus: apud quem assiduas ad opportunam imbecillitati Nostræ opem implorandam preces effundite. Ac Vobis, Dilecti Filii, quos eadem, qua antea presentes, nunc autem absentes benevolentiam complectimur, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ &c. 20. Aprilis 1745. Anno Quinto.

Sanctissimi Domini Nostri BENEDICTI PP. XIV. Epistola prima ad R. P. Engelbertum Abbatem Monasterii Campidonensis, de facultate consecrandi Abbatialem Ecclesiam Campidonensem.

III.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilectæ Fili Noster, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

EX tuis precibus mense Martii nuper elapsi ad Nos perlatis accepimus, Ecclesiam Abbatialem, cui prees, sub invocatione Beatæ Mariæ Virginis, & Sanctorum aliquot Martyrum erectam, vetustate & dignitate conspicuam, cum a Prædecesore Nostro Hadriano PP. I. sacro Ecclesiæ ritu fuerit consecrata, occasione belli contra Suecos initi, decimo septimo seculo fere dimidio funditus everfam, tandem nobili ædificio rursus fuisse instaurationem. Cumque, juxta Sacrorum Canonum Sanctiones, Ecclesia novo opere instructa, nova itidem consecratione initianda sit; illud a Nobis postulasti, ut ejusmodi consecrationis ministerium tibi, auctoritate Apostolica perficiendum demanderetur. Et si vero tanti privilegii magnitudo Nobis perspecta esset, nihilominus meritorum tuorum intuitu, ipsa quoque Ecclesiæ tuæ insigni nobilitate, de qua Mabillonius *Analecti. tom. 1. ad iter Germanicum*; ipsa item Campidonensis Monasterii remotissima vetustate, cujus initia, privilegia, prærogativas late enumerat Bruschius *in serie Monasteriorum Germaniæ illustr.*, tandemque iis circumstantiis, in quibus verfabaris, id suadentibus, petitam facultatem, iis tamen, quas infra enumerabimus, conditionibus circumscriptam, ultro concessimus. Par enim Nobis visa est, cum ad Sacramenti Confirmationis, tum ad Ecclesiarum Dedicacionis Ministerium designandum, causa, & exemplum. Enim vero, quamvis Sacramenti Confirmationis administratio ita soli conveniat Episcopo, ut nullus Antistes simplicem Sacerdotem, qui baptizatos confirmet, possit delegare; multis tamen Prædecessorum Nostrorum exemplis domur, ejusmodi munus Sacerdotibus, & precipuis quibusdam Abbatibus, esto nullo characteris Episcopali insignitis, fuisse collatum; modo extraordinarius Confirmationis Minister, Oileo, cui Episcopus pridem benedixit, utatur; ut fusiori calamo scripsimus in Nostro Tractatu de Synodo Diocesana, qui nuper e typis prodit, lib. 7. cap. 7. & seqq. Haud diffimili dispensatione, Ecclesias consecrandi privilegium, quod

Abbas Campidonensis Ecclesiam Abbatialem consecrat ex privilegio Apostolico.

Par in Sacramento Confirmationis exempli.

alioquin